est anima amans: cogitatione & affectu
atque elabitur à seipsa, ut Deo fruatur ad
tatem: ut ioret in Deum, & gaudeat
gaudio perfecto.*



CONSIDERATIO XXII.

AMOR DEI,

Amor inter spinas.

¶ Anima, quæ vivit in Amore Dei, est sicut liliū in
inter spinas. *Can. 2.* Spinæ sunt culpæ, quantum vis
sunt: spinæ sunt pœnæ, sunt tentationes, sunt motus
passionum. *Donc in carne est anima, inter
professè versatur,* inquit Bernardus s. 8 quamdiu
in corpore mortis hujus, circumdatur spinis.
Quæ est totus mundus spinis ab omni parte.

O spinæ mundi amaræ! Vis, tibi dulcescant? Per-
spice in spinas Christi: quod facies, sufferendo spinas
mundi amore Christi: & tunc spinæ mundi erunt spinæ
sancti, cum sufferentur pro Christo. O dulces spinas,
in capite spinoso, in societate spinarum Christi! Li-
lum non deficit inter spinas, sed inter eas nascitur,
& est pulchrius: Sic non debes animum despondere
inter spinas, sed in ea vivere, & in perfectione semper magis
proficere.

Amabo igitur spinas, flores paradisi: amabo spinas,
quæ aculeum perdiderunt in capite Christi: amabo
spinas, quæ, etsi parumper pungant carnem, tamen
pungunt spiritum. Inter sacras has spinas & vivere cupio,
in mari d. s. dero.

CONSIDERATIO XXIII.

AMOR DEI,

Oriundus à DEO.

¶ Quæstio. Ante Amorem, Divine Amoris, quibus es ortus natalibus?
Divinis, quæ tua origo? Divina Quis locus natiuitatis?
K 5 Deum.

Deus. Quæ patria? *Deus.* *Ibi natus, ibi alium* *vetus.* *natus in Deo nutritus in Deo, pugnans in Deo perfectionem capit à Deo: ac tantum quidem* *tum & perfectionem accipit, quoniam est* *nitor, Deus. Est igitur Amor infinitus, amor* *amor æternus & immortalis: quæ similis est, ac* *suum Esse accepit, qui Deus est, sine fine, ac* *neque loco subiectus, nec tempori, nec mortis* *per durans, semper vivens in æternitate suæ* *suæ beatitudinis.*

Hæc est causa, cur amor nulli, nisi Deo, *Deum debeat, teste S. Bernardo, de dignitate* *de solo Deo nascitur, & in Deo solo invenitur.* *igitur amat, & Deum non amat, verè non* *pur in amando; putat se amare, sed non amat* *non vero amore, sed fallaci & apparente.*

Maneat ergo stabilita hæc veritas; Si ego *non vivo: quia vivere animæ est amare. Ut ego* *& amem, nolo alium amorem: eligo solum* *Amoris mei, Boni mei, qui solus est Deus.*

CONSIDERATIO

XXIV.

AMOR DEI.

Gladus victor.

Mlites Salomonis *Cant. 3.* portabant gladium *semur suum.* Per hunc gladium intelligitur *Amorem Dei, gladium amoris.* Ut Richardus *Qui gestandus est ad latus, scilicet supra appen-* *ditivum, ut mortificetur, cohibeatur, trans-* *digatur in servitorem spiritus. Gladius super-* *non sub femore. Amor Dei debet esse super-* *non inferior: debet dominari, non illi subesse.*

Christus Dominus noster dedit hujus *dum pulchritudine Divinitatis suæ opera carnis*

ut loquitur S. Gregorius ep. 140. amore ac deli-
 pulchritudinis æternæ, ac Divinitatis suæ, supera-
 omnem alium amorem, omne desiderium pulchri-
 est. Beatus, qui custodit lectum animæ suæ,
 atus hoc gladio divini Amoris: quia hoc facile vin-
 ac debellabit omnes suos inimicos.

O gladius victor! tu solus triumphas in cælo, tuæ
 solæ æternum cantabuntur à cœlestibus Can-
 tibus: hæc sola vox resonabit in plateis cœli; Vivat
 Amoris, vivat Amoris Divinus. Vivat, vivat
 Amoris, qui Deum fecit hominem, & hominem Deum;
 vivat, vivat Amoris, qui Matrem Dei fecit Virginem
 beatam Mariam.

CONSIDERATIO

XXV.

AMOR DEI,

Odor suavissimus.

Amor Dei in Sacro Cantico comparatur odorato
 fumo incensi. *Sicut virgula sumi*, dicitur *Cant. 2.*
 sicut thus incensum, cum adoleat, parte sui crassio-
 re manet in terra, subtilior autem evaporat in altum:
 anima amans, accensa igne sancti Amoris, corpore
 quidem habitat in terra, sed in oratione & affectu suspi-
 rat ad Deum, moratur & regnat in cælo.

O Sancte Amor, odor suavissime odoratum Dei! fre-
 quentia huius odoris maximè sentitur in oratione de-
 vota & fervente. *Ascendit fumus incensorum de ora-
 tionibus Sanctorum. Apoc. 8.* O Sancta occupatio, *orare*
est amare! Amor accendit orationem, & oratio nutrit
 amorem.

Omnes virtutes sunt odoriferae coram Deo. *Habent*
colores suos, habent odores, ait Bernardus *f. 71.*
Cant. Sed super omnia suavissimum odorem exhalar
 caritas. *Est odor mortis in mortem peccatis & sensui;*
 quia

quia ubi regnat Amor Dei, non regnat peccatum. *Odor vitæ in vitam*: quia dat vitam spiritui. Nam sicut
 tus amore vivit, amore nutritur. O amorem odorem,
 odorem vitæ in vitam, odorem vitæ, qui dat vitam &
 veram, æternam vitam!

CONSIDERATIO XXVI.

AMOR DEI,

Intrepidus in sperando.

Non timet Sanctus Amor, neque diffidit de pretio
 propter ejus magnitudinem: quia confiteatur
 gnitatem pretij, teste Bernardo, *16. in Cant.* Si
 geris, quanta sit gloria cœlestis, responde, Insuper
 nitus ergo est etiam valor ac pretium.

Ad emendam gemmam pretiosam duo tantum
 necessaria; Pretium æquivalens, & ut hoc ostendat
 Neutrum horum deest nobis ad comparandam gemmam
 gloria: quia pretium Sanguinis, & mortis Christi
 finitæ dignitatis; & est nostrum, nobis datum ac datum.
*Filius datus est nobis. Isai. 9. Nemo igitur desperet: non
 dicat, Ibi non ero. Habemus sanguinem Christi, habemus
 mortem Christi, ait Augustinus. Nemo causam
 minus cerò, & securè sperandi gloriam æternam: qui
 Sanguis, & Mors Salvatoris ex nostra parte securè
 reddit. Per ipsum, & cum ipso, & in ipso est tota merces
 ac fiducia. Spero per ipsum, propter ejus merita: spero
 cum ipso, propter ejus auxilia: spero in ipso fieri beatus
 ejus aspectu.*

Quid mirum, si intrepidè incedas, Amor Sancti
 Victoria tua est, corona in manibus tuis. *Victoriam
 mihi jam audire applausus, & lætas invitationes
 vium cœlestium, qui te vocant, & invitant ad gloriam
 æterna. Ama; anima mea, spem tuam. Spero in ipso
 Christus. Colos. 1. ama tuam fiduciam. Fides in ipso
 via dicunt Augustinus & Bernardus. Ama JEŒUM.*

in MARIAM. Spera in JESU, spera in MARIAM.

CONSIDERATIO
XXVII.

AMOR DEI,

Requies in Cruce.

In lectulo meo quaesivi, quem diligit anima mea: quasi-
sivi illum, & non inveni. Cant. 6. Non invenitur San-
ctus Amor Christi in lectulo meo, qui est lectus mundi,
sed in lectulo Christi, qui est lectus
sanctae Crucis. Dulcis lectulus, Crucis Christi lignum:
in quo ego nascor, & nutricor, creor, & recreor, ait Abbas
Siberus s. 2. in Cant. O quam dulcis est lectulus Cru-
cis Christi, in quo Sanctus Amor nascitur, nutritur, ac-
cipit consolationem, & ultimam perfectionem. *Suavis-
simus mihi cervical, bone IESU, spinea illa capitis tui co-
rta, ubi requiescit spiritus meus.*

O quot sunt, qui quaerunt, & non inveniunt? quia
quaerunt in lecto mundi, non in lecto Christi. *Qua-
ram te, Domine, sicut quaesiverunt & invenerunt
sancti tui, per mortificationem, tam internam animae,
quam externam corporis. Queram te, Domine, sicut
quaesiverunt, & invenerunt te Sancti Martyres tui,
per martyrium, tormenta, & mortem. Queram te,
Domine, sicut quaesivit, & invenit te Sanctissima tua
Mater, in gaudio perfecto Sanctissimi, ac divini bene-
dicti tui.*

O bone IESU, sine fine amandus, & ideo sine fine quaerendus, Augustinus in pl. 104.



CON-

CONSIDERATIO

XXVIII.


AMOR DEI,

Impressio amorosa.

SI quis absque medio, & obstaculo sistat se Soli, lucidus planeta largiter ei radium suae lucis fundit, & imprimit. Idem evincit animae; qui humilitate, & reverentia, & cum aeterna consideratione se ante Deum constituit; subito Divinissimum amorem ei summam suam Bonitatis insigit. hic est modus accendendi cor nostrum Sancto, & non amore.

Ecce me, summe Deus constituo me coram te considerando magnitudinem tuam, pulchritudinem, dulcedinem tuam. Quid superest, nisi arripere mihi amorem tuum, cum viva quadam compuncta Bonitatis tuae, cumque inima ac totali quadam inclinatione ad te, ultimum finem meorum Domine, quando pertingam ad complementum desideriorum meorum.

Nihil praeter te, Amor: dicebat S. Ignatius. Non volo, non desidero, non cupio aliud extra te, o Deus. Amor. Quærant alij quod volent, divitias & honorem, ego aliud non dicam, quam *Nihil praeter te*, Amorem. Currant alij avidi ac fameliter ad sceptrum, & imperium mundi, ego repetam semper id ipsum, *Nihil praeter te*, Amorem. Aliud non volo, quam amorem, & vultum tuum in amorem. O cœlestis impressio, quando cor meum in te dignum erit, impressum à te, immensum in te, ne sentiat aliud quam te!



CON-

CONSIDERATIO
XXIX.

AMOR DEI,

Incendium Divinum.

Res sunt causæ, quæ simul excitant ingens incen-
dium in anima: *Bonitas, Amor, Beneficia.* Ama
Deum; quia bonus est: ama, eum, quia bene-
ficus: ama, quia beneficus est. Si Deus tantum esset
bonus, & non te amaret, debueras procul dubio ipsum
amare: quanto magis, cum sit bonus, & amans,
& amans æternus? amavit enim te ab æterno, &
amabit in æternum. Porro non est amator sterilis
inutilis, sed fecundus & beneficus, infinitis benefi-
ciis obruens.

O divinum incendium amoris, beatus qui in te ac-
cenditur, & incenditur, ut fiat ignis, & flamma amoris!
O bona Bonitas, quomodo inflammas in cælo corda
sanctorum, ita, rogo te, inflamma & mecum. O di-
vine Amor, quomodo traxisti ad te amorem Beatorum,
trahere & meum.

O beneficentia Dei, das lumen intellectui meo, ut
intellectus ac penetret magnitudinem tuam: voluntati
meam, ut amet te: ceteris facultatibus vires, ut
omni bono respondeant bene agendo, cruce cruce,
proprio sanguine, *mortis* morte. O Bonitas, o Amor!
Bonitas sine fine, Amor sine termino, Dona sine
mensura! Amo Bonitatem Divinam supra omnem
aliam Bonitatem: amo divinum Amorem supra
omnem alium amorem: amo cœlestia Dona
supra omnia alia dona.



CON-

CONSIDERATIO

XXX.

AMOR DEI,

Gaudium in lacrimis.

CAlor ignis per aquas eliquat flores, calor
 corda liquefcunt in lacrimis: Stillas
 lacrimarum & vos planctus! invenitis quem
 Da mihi, Domine IESV, lacrimas ex toto afflicto
 qua peccatorum meorum vincula solvam, &
 jucunditate semper repleant animam meam.
 evidens signum amoris tui, irriguum lacrimarum
 tem, jugiter emanantem; ut ipsa quoque lacrimae
 in me testentur amorem: ipse procedant, ipsae
 quantum te diligit anima mea; dum, praesentem
 dine amoris tui, nequit se à lacrimis contineri.
 stinus med. 36.

Recordor S. Apostoli cui Petri, cujus vita
 tinuus fletus. Causam interrogatus respon
 derio Domini. O dulce verbum, verbum caritatis
 desiderio Christi, amore Christi, ut videam
 stum, vivamus cum Christo! O quis inculpabiliter
 biliter has duas voces cordi meo, desiderio Christi
 hae sit omnis mea responsio ad omnia interrogatio
 hominum & Angelorum! Quare delibetis? Quare
 Domini. Quare agis? desiderio Domini. Quare
 desiderio Domini. Quare moreris? desiderio Domini.
 Desiderium & Amor Christi est unicus finis, &
 terminus omnium mearum cogitationum,
 verborum, & operum, vitae &
 mortis.



CONSIDERATIO XXXI.

AMOR DEI,

Spiritus vitalis.

Hic corpus, dum spirat; & vivit anima, dum amat:
Hicamus duas has vitas, respirationem cum amore.
Verbum hoc *Amo* duas syllabas habet,
MO. Dum inspiras, dic *A*; cum respiras, dic
MO. Bece unitam respirationem cum amore,
corporis cum vita animæ: & numero respiratio-
nem æqualem ænerum actuum Amoris Dei.

Hic vox, *Amo*, inquit Gerson, est tanta virtutis,
nec infernus illam opprimere valeant. Sola
vox *Amo*, dicta ex toto corde est tantæ virtutis,
pertrans cælum ac perveniat usque cor Dei, nec ei,
quam possit nocere. Desideras esse perfectus, &
quæ ex ætate Sanctam legem Dei? Hoc verbum, *Amo*,
Deo *supius dicas*. O verbum breve sed efficacissi-
mum, sanctissimum. Efficacissimum, contra omnes
vires: Sanctissimum, quia introducit omnes vir-
tutes dulcissimum, quia facit, adhuc in hac vita gustare
beatitudinem securitatem.

Ad idem igitur ad unionem, & repetamus id ipsum,
in cordibus imprimatur cordi. *Spira*, dicit corpus: re-
spira, dicit anima: Spiratio corporis continet *A*, re-
spiratio animæ continet *MO*. Unde spirare est amare,
amare est spirare. In praxi, quando spiras, cogita
quando respiras, cogita *MO*: & quoties respirabis,
cum amabis, dicendo *Amo*. Quod si tunc fortè non
regeris, sufficet nunc habuisse voluntatem id cogi-
tandi. O vita beata. O vita felix! obliviscere penitus
alia omnia, & solum cordi tuo imprime
verbum hoc *Amo*.

L

CON-

CONSIDERATIO

XXXIII.

AMOR DEI,

Lingua Divina.

Haec linguarum genera est invenire, Humanam, Angelicam, Divinam. Postrema superat omnes. Haec lingua Sancti Amoris, quâ loquitur Deus: si tractat, loquitur corde: si loquitur in silentio aliarum linguarum, quia *qui amat, amat*, nec aliud querit, nisi carum amori. Voluntas, ut Regina, ingredietur in templum SS. Trinitatis, & omnes aliae facultates erant foris.

De his linguis dicit Apostolus: *Si lingua hominum loquar, & Angelorum, Caritatem autem non habeam, sum velut aes sonans, aut cymbalum tinniens. Si sciam dicere, cum illis linguis non intelligerent nos Japhethites Caeli, etiam si sapius clamarem: Domine, aperi nobis. Respondetur enim, Nescio vos. Non intelligitur haec lingua in hac aula. At si loquar lingua amoris, ad primam vocem, Tu totus meus, confestim pandentur portae caeli, dabiturque ingressus.*

Sonat vox tua, Domine, in auribus meis, & sonet vox tua in auribus tuis, vox amoris, quo amote. Vox tua dulcis, ad loquendum & audiendum: quia dulce est amari, dulce amare: quia dulcis est amor ejus, qui totus est amabilis, totus desiderabilis, solus summè amabilis, solus summè desiderabilis.



L 2

CON-

TIO CONSIDERATIO
XXXV.

AMOR DEI,

Lux ardens.

75. *noverim mysteria omnia, & omnem scientiam, Caritatem autem non habuero, nihil sum: Si daretur cognitio omnium rerum, spectantium ad ordinem & similitudinem, & Gratia, sine Castitate, tota resolveretur in nihilum. Quae utilitas capi potest ex cognitione, ac contemplatione ineffabilium mysteriorum SS. Trinitatis, & Processionum, contemplatione & Processionum, si voluntas arida maneat, ac sine amore, sine gustu ac complacentia rerum, non cognoscuntur?*

O Amor Dei, Scientia experimentalis, scientia sapida, scientia affectiva, scientia beata, scientia gaudii, fruitio- nis, scientia quietatis: O Amor coelestis ac divine! o lumen, o splendor, sed flammans & ardens! Es in te luci- bus, & ardens; sed simul illuminans, & inflamman- s: o sancte Amor, quomodo vera scientia Dei sit aliud, quam cognitio amorosa, qua cognoscimus & cognoscendo amamus. Et haec est vera scien- tia, participatio scientiae Dei, sapientia coelestis, qua- rum est, venit à Deo, quiescit in Deo, neque alio de- no, quam Deo.

Scientia Dei est in se ipsa mera flamma amoris: co- gnoscitur, sed cum infinito splendore, & amat, sed cum infi- nito ardore. O lumen, & ignis, o lux, o flamma, o splen- dor, & ardor, quam arcte & aequaliter convenistis in unum! tantus splendor, tantus ardor; quantum splendet Deus in cognitione, tantum ardet in amore: immenso splen- dore, immenso ardore. Talis debet esse amor meus: lux cum flamma, cognitio cum amore: & ut tantus sit splendor, quantum est ardor.

L 3

CON-

CONSIDERATIO XXXVI.

AMOR DEI,

Veritas sine vanitate.

Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transirem, & mare circumirem, & in Jerusalem intrarem, & in nomine Domini iurarem, si non habuero Caritatem, nihil sum. Quod si habuero Caritatem, nihil sum, nisi solum donum est fides miraculorum, fides ut supra naturam, & admiranda efficiat, sine Caritate quid iuvat? nihil est, vanitas est, ergo conclusionem, quæ ducitur ex hoc debet tolli: *Sola Caritas, vanitas est: quod non est Vanitas est.*

Cum hoc principio totum mundum percurram, & ingredere Palatia magnorum Principum. Quisquam quid videbis? Divitias, Honores, Voluptates, Caritas? Non scribe igitur, *Vanitas est.* Tunc in aulis Prælatorum: vide, quid ibi sit. Elegante, menta, fontes, horti, at si ibi non sit Caritas, *Vanitas est.* Perge ad casam alicujus civis: vide circumspice, ubique pauperies, magna miseria: estne ibi Caritas? *Veritas est.*

Progrediamur hinc ad altiora & superius. Quam multi fuerunt eloquentissimi in concionibus, potentissimi in patrandis miraculis? At multi mihi in illa die; *Domine, Domine, novus in te tuo propheta vimus, & in nomine tuo dementia operum, & in nomine tuo multas virtutes fecimus?* & respondebo illis, quia nunquam novi vos. Discedite à me, si videamus opera supra naturam, effectus miraculosus, si conjuncta sit Caritas, *Veritas est.* *Vanitas est.* *Veritas significat Realitatem, & ordinem bonorum, quæ amitti, perire, fieri non possunt.*

significat vacuitatem, & apparentiam omnium
nam: cujusmodi sunt temporalia, quæ tran-
scunt tempore, resolvuntur in fumum, & in ni-

CONSIDERATIO XXXVII.

AMOR DEI,

Primum Donum.

*Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates
meas, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest,
quod perdidisti, non me iuvabunt Eleemolynæ. Et me-
mor Domine, quia sicut bona mea non placent tibi, nisi
cum: ita dona tua non sufficiunt mihi, nisi tecum.*
de amore Dei. lib. 1. c. 1.

Prima Eleemolina debet esse amoris, cordis, com-
patis: compatiendo pauperi affectu amici, fratris,
parentis: & hoc est primum donum. Amor. Hunc
dedit tibi Deus meus, donatione inter vivos, irre-
vocabili: vo'o vivere, sine corde, totum dono tibi,
intactum, integrum vivere sine corde, o-
mnium felix est felix! Videtur esse mors, sed est vita, &
beata vita, beata vita, divina vita.

Et quis est Opifex hujus operis admitandi, muta-
tionis tam stupendæ? Sanctus amor. Primum donum
coram transmutat corda: dat cor, & admit cor;
dedit homini cor Dei, & cor hominis Deo.

Benedictus sis semper amor sancte,
amor pure, amor divine.



L 4

CON.

CONSIDERATIO

XXXVIII.

AMOR DEI,

Martyrium Cordis.

ET si tradidero corpus meum isa, ut ardeam, carnis
autem non habuero, nihil mihi prodest. Quod
opus, quod facinus est generosius martyrio? Quod
si non sit in eo Caritas, si non suscipiatur ex Caritate
& amore Dei, sed alio fine, vana laudis & gloriae
Sanguis effusus est, ait Hieronymus: non pro
salutem, non est sanguis, qui extinguat ignem
sed accendat.

Veniat sanctus Amor, doceat veram formam
rij, quod placeat Deo: Martyrium cordis, Martyrium
quod est in corde, & procedit à corde, Martyrium
naturab Amore, & propter amorem, quod in
finitur in amore. Amor, qui sanctos facit Coelestes
sanctos etiam facit Martyres.

Amor, dulcis Tyranne, da duplex Martyrium
internum, postea externum: prius in anima, postea
corpore. *Dura, sicut infernus, amulatio.* Cuius
Amor non tantum est fortis ut mors; sed etiam
ut Infernus: quia facit intus in anima sentiri quod
modo poenam damni, propter dilationem boni
foris autem in corpore poenam sensus, per dolores
ac tormentorum, quae sustinentur ex amore. *Respice*
Amor Sancte, fiat in me Spiritus tuus duplex. *Martyrium*
tuum duplex. Offero animam ad martyrium
internum, corpus ad extremum: torquet
occide, ut voles,



TIO CONSIDERATIO
XXXIX.

AMOR DEI,

Amor Gloriosus.

Gloria Regis consistit in multitudine famulorum,
& populorum conferentium tributa. Amori Dei,
regno anima, omnes potentia serviant; & omnes
pendunt tributa. Amor imperat, & obeditur: or-
ditur, & sic executio: Amor habet unicum finem, ho-
nem & gloriam Dei: ad hunc dirigit omnes vires ac
virtutes. Quam gratum spectaculum, videre Caritatem,
regiam, sedentem in anima, circumstante undique
omni virtutum, quæ omnes eundem scopum edunt,
concinnant melos, Caritate magistrâ, & modos
aperant! *in templo ejus omnes dicunt gloriam. Ps. 28.*
omnes concorditer gloriam canunt.

Quid de hujusmodi anima dicet Regina Cœlestis?
Caritas, respondet Caritas, est unicus noster finis, dilecta
et nostra. O Gloria Dei Altissimi! Gloria Dei in sua
essentia: Gloria in Trinitate Personarum: Gloria in
humanitate Filij Dei: Gloria in Matre divina: Gloria,
in sanctis Angelis & hominibus. Ad has voces
respondent Virtutes: Regina nostra, ac Domina, semper
obambabimus, ac serviemus fideliter.

Gratias tibi, ô sancte Amor, quod me docueris doctri-
nam adeo necessariam: rogo te, ut velis eandem exer-
cere in anima mea, ut omnes facultates ac virtutes meæ
obsequantur unicum hunc finem sancti Amoris. Humilitas
faciat humilem ex amore, obedientia obedientem
ex amore: & uno verbo, omnes virtutes sint quasi
una tantum virtus, per unitatem finis Gloriæ,
& Amoris Dei mei.

L s

CON

CONSIDERATIO

XL.

AMOR DEI,

Amor patiens.

Caritas patiens est. Quæris, Caritas amorem
modo sit patiens? Et ego quæro, Patientia
quomodo sit amans? Ab eadem causa pendet
solutio. Caritas ordinat actum patientie ad
Caritatis, qui est Amor DEI. Ad hoc ordine
dicitur patiens, quia ordinat virtutem Patientie ad
Patientia dicitur amans, quia ordinatur ad finem
tas, qui est Amor.

Sed, quod magis est ad nostrum propositum,
solum omnibus virtutibus Caritatem
Caritas patiens est, benigna est, &c. ut signifi-
quod omnis perfectio virtutum a Caritate dependet
tam enim patiens, tam benignus eris, quærens
fuerit Caritas. 2. Quamvis aliæ virtutes possint
conformeriter statui, in quo & anima; tamen Caritas
non patitur variationem, nec intermissionem,
debet esse continua, ut influat in omnes, operetur
omnibus.

Incipit igitur Apostolus inter virtutes, quæ
rati conjunctæ esse debent, à patientia Caritas
est: quia hæc est virtus, quæ nos movet con-
stros in micos, à capite usque ad calcem. Si
est hæc virtus, si magna sit Caritas: quia quærens
mus aliquem finem, tam libenter patiemur
necessaria ad consequendam
eandem.

TIO CONSIDERATIO
XLI.

AMOR DEI,

Amor benignus.

Christus benigna est. Non sufficit mala tolerare
solum patientia; sed necesse est etiam facere bona,
cum aliis communicare, quæ quis habuerit: Hoc
est Benignitatis sit. Hæc est vita Sanctorum, *benè
cum malis pati.* Hoc est exemplum, quod Chri-
stus in terra reliquit. Quantum passus est in fama,
in honore, in existimatione, in corpore & omnibus
sensibus, in anima & omnibus potentiis, ab invidia
Iudeorum, ab odio Dæmonis, ab ira Patris infensi-
bilis? Denique fuit spectaculum & meta sum-
mum malorum: ac summi doloris. Et hoc quoad tole-
randum malorum: at quoad Benignitatem, *Pertransiit
transiitendo omnibus. Act. 10.* Obiit Mundum, tan-
quam novus quidam Sol, illuminando omnes vivifi-
cans omnes omnibus largiendo gratiam pro necessitate
omnium.

Quis debet esse terminus dolorum? sine termino
beneficiorum? Largiri omnia in prepara-
tione animi, ac in opere ipso, quantum potueris. O
sancta Patientia! o sancta Benignitas! caræ & indi-
scernibilis loca Caritatis! sedet in medio Regina Caritas,
à sinistra Patientia, à dextera Benignitas. Feli-
cissima, sanctissima Sodalitas! o sacrum ternarium,
Caritas, Benignitas, Patientia! Amor gloriæ Dei,
Amor utilitatis proximi, amor crucis
pro seipso!



CON

facit sibi met ipsi, ita etiam non debet facere pro
sibi diligere ipsum.

Sanctum amorem proximi mei, amorem affectuo-
se practicum simul! Debeo illi cor, & manum, &
quidem beneficam, non maleficam, quæ agat ali-
quod ipli noceat.

Hæc est quarta proprietas Caritatis divinæ, Caritas
benigna, Caritas non invidiosa est;
ita non damnosa proximo, sed semper prompta ad
beneficiendum eidem.

CONSIDERATIO XLIV.

AMOR DEI,

Amor perfectus.

Perfecta sit Caritas Dei requirit etiam alias pro-
prietates & conditiones secundum Apostolum.
non inflatur, præferendo se aliis ex superbia:
non est ambiciosa, quærendo honores superfluos; Non
ad iram; Non cogit malum de proximo: Non
inquitur & peccato proximi: Congaudet au-
tem virtuti & perfectioni ipsius. Omnia sus-
tinet cum scientia tolerando ejus defectus. Atque his
omnibus Caritas non componit cum erga nos ipsos,
sed erga proximum. Sequuntur aliæ tres ultimæ, qui-
bus recte afficitur erga Deum.

Caritas omnia credit, quæ revelantur à Deo. Caritas
omnia sperat, quæ promittuntur à Deo. Caritas omnia
sustinet, multa cum longanimitate expectando pro-
prietates à Deo.

Ex his quindecim perfectionibus, & proprietatibus
Caritatis, tanquam totidem gradibus, compone sca-
lam, in qua Amor Dei est veluti fundamentum, cui in-
superantur reliqui gradus. Quos ut facilius memoriâ teneas,
ad illos te examines; distinctè ponemus eodem
ordine, quo collocavit Apostolus.

SCALA


SCALA COELI.


1. Caritas amans.
2. Caritas patiens.
3. Caritas non æmulatrix.
4. Caritas non agens perperam.
5. Caritas non inflatur.
6. Caritas non ambitiosa.
7. Caritas non querens quæ sua sunt.
8. Caritas non irritatur.
9. Caritas non cogitat malum.
10. Caritas non gaudet iniquitate.
11. Caritas congaudet veritati.
12. Caritas omnia suffert.
13. Caritas omnia credit.
14. Caritas omnia sperat.
15. Caritas omnia sustinet.

FINIS SERAPHINI

LAVS DEO.







Conj

... Ser
... semp
... feru
... juar
... profi
... attr
... nofra
... Bone
... pulc
... infir
... Ath
... P'no
... Defi
... Com
... conf
... Glev
... app
... extr
... nisi